

Band I., Nr. 18, Seite 17-19

Das sogenannte Testament des Abts Fulrad im Kloster St. Denis in Frankreich.

Herstal, 777.

Terminum vitae pertimesco, quando de hunc saeculum ero migraturus, ut aliquid de peccatis meis per concessionem et largitatem de proprias pecunias meas, quae ad ecclesiarum et ad loca sanctorum, beatorum martyrum Dionysio, Rustico et Eleutherio, ubi ipsi domni corpore requiescunt, in loco qui dicitur Cadolaco, ubi plurima servorum dei turma laudes Christi die noctuque adesse videntur, ut in alimonia eorum et susceptionem hospitium, vel in elemosina senodiorum pauperum, viduarum, orfanorum, et in lumen ecclesiarum conferre debeam, ut Dominus per suam misericordiam et intercessionem sanctorum, et orationes pauperum mihi in pace et misericordia debeat recipere, qualiter portionem merear habere in vita beatorum. Ego Fulradus, hac si indignus, sacerdos vocatus, filius Riculfo et Ermengarde quondam, dono donatumque in perpetuum omnes res proprietatis meae, quicquid de successione parentum meorum mihi obvenit, vel dationibus regum, seu de comparato, vel commutationis et traditionis, quantumcumque mihi et germano meo Ganstberto traditum fuit, et quicquid ipse germanus meus Gaustbertus mihi tradidit, et villas denominatas, quae Theudericus mihi tradidit, id sunt: Blithario villa¹ cum appendiciis suis; Auricas machera² cum appendiciis earum; Gamundius³ cum appendiciis suis. Similiter quantumcumque Haribertus in ipsa loca habuit, et Cocalingas⁴, et villare, quae Hermenlindis mihi tradidit; similiter Sechingas⁵, Faginuluincas⁶ cum integritate, similiter Fredishaim⁷, similiter Hundinishaim⁸ et Mauchinhaim⁹, et Benisthaim¹⁰, quae Chrodhardus mihi tradidit cum appendiciis earum.

¹Laut Grandidier Blittersdorf (heute Kleinblittersdorf und Großblittersdorf).

²Laut Grandidier Auersmacher ("Ormascher").

³Laut Grandidier Saargemünd.

⁴Unermittelt.

⁵Laut Grandidier Sesenheim.

⁶Laut Grandidier unbekannter Ort im Elsaß, falls es sich nicht womöglich um Fessenheim handelt.

⁷Laut Grandidier Fridolzheim.

⁸Laut Grandidier Hindisheim.

⁹Laut Grandidier ein abgegangener Ort nahe Baldenheim.

¹⁰Laut Grandidier Berstheim.

II

Similiter villas et loca quae Uuido mihi tradidit, Guirmari¹¹, Audaldouillare¹², Radbertouillare¹³, Grutinshaim¹⁴, Ansulseshaim¹⁵, Scaserishaim¹⁶, et reliquas res per loca diversa, tam in Alisacius¹⁷, quamquae in Mordinnauia¹⁸, quae mihi Uuido tradidit, et per mea praestaria modo usufructuario aliquas habet: Uualtariouillare¹⁹, Tornugouillare²⁰, Uictorhigas²¹, Adimartia villa²², Hagnaldouillaremeo, Uuarungo curte²³, Filicione curte²⁴, Sicramno curte²⁵, quantumcumque in Alisacius et Mordenauia et Brisegauia, quicquid mihi traditum fuit et datum per strumenta cartarum; similiter in Saloninse²⁶, et Scarponinse²⁷, et Calmontinse²⁸, et Blesinse²⁹, et Rosalinse³⁰, quicquid in ipsos pagos visus sum habere, tam, terris, mansis, campis, pratis, silvis, vineis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, mancipiis, servis, ancillis, litis, undecumque moderno tempore vestitus sum, totum et ad integrum, gregis cum pastoribus, et omne subpellectile ad partes sancti Dionysii a die praesente, pro animae meae et genitore meo Riculfo et genitrice mea Ermengarde et germano meo Gaustberto et Bonefacio et sorore mea Uualdradane et pro genelogia mea, ut per intercessione sancti Dionysii cum sociis suis mereamur adaepisci vitam aeternam. Similiter Salona³¹, ubi aedificavi ecclesiam in honore sanctae Mariae, ubi requiescunt sanctus Priuatus martyr, sanctus Ilarus confessor, quicquid ibidem datum fuit de conlata populi, et ipse populus mihi tradidit; omnia et ex omnibus, sicut per testamentum meum jam confirmavi, a partibus sancti Dionysii ipsa cella debeat aspicere, tam illas commutationes, quae cum Angalramno episcopo feci, quamque et reliquas commutationes; similiter et alia cella, quae dicitur Audaldouillare, ubi

¹¹Laut Grandidier Gemar.

¹²Laut Grandidier Sankt Pilt.

¹³Laut Grandidier Rappoltsweiler.

¹⁴Laut Grandidier Grussenheim.

¹⁵Laut Grandidier Enzheim.

¹⁶Laut Grandidier Schaeffersheim.

¹⁷Das Elsaß.

¹⁸Die Ortenau.

¹⁹Waltersweiler (laut Grandidier Wattweiler, Dep. Haut-Rhin, Frankreich).

²⁰Unermittelt.

²¹Unermittelt.

²²Laut Grandidier Adamsweiler.

²³Laut Grandidier Gebersweiler.

²⁴Unermittelt.

²⁵Laut Grandidier Sierenz.

²⁶Der Seillegau.

²⁷Unermittelt.

²⁸Laut Grandidier das Chaumontois zwischen Mosel und Vogesen.

²⁹Laut Grandidier der Gau Blesinse.

³⁰Unermittelt.

³¹Salonnes.

III

sanctus Ipolitus requiescit; et tertia cella infra vasta Uosgo aedificavi, ubi sanctus Cocouatus requiescit, super fluvium Laima³², quae dicitur Fulrado cella; similiter quarta cella infra Alamania, quae dicitur Aribertingas³³, ubi sanctus Ueranus requiescit; similiter quinta cella, quae et Dalongus mihi tradidit, quae dicitur Adalongo cella³⁴, ubi sanctus Jorgius requiescit; similiter sexta cella, ubi sanctus Uitalis requiescit, super fluvium Nettra³⁵, quae Hafti mihi tradidit, quantumcumque ad ipsas aspicere videntur, et conlata populi ibidem delegavit tam terris, mansis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, vineis, farinariis, greges cum pastoribus, servis, ancillis, litis, aurum, argentum, codices, eramen, ornamenta ecclesiarum, patellas ad salo faciendum in vico Bodatio³⁶, seu marsallo uno cum sessis eorum, sicut dixi, et omne subpellectile, quantumcumque ad ipsas cellas repertum fuerit, totum et ad integrum a die praesente ad partes sancti Dionysii delegavi; et dum ego vixero, ipsas res in mea potestate habere debeam, post meum quoque discessum absque ullius iudicis contradictione a partibus sancti Dionysii debeant revertere, et nullus heredisque meorum potestatem habeant contra hanc traditione mea agere. Et si conaverit, inferat una cum sociante fisco auro libras quinquaginta, argento pondus centum coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat, cum stipulatione subnexa. Actum publice Haristalio³⁷, anno nono et quarto regnante Carolo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum atque Patricio Romanorum. Ego Folradus Capalanus subscripsi. In dei nomine Maginarius consensi et subscripsi. Signum + Teudrico. Hamerardus + consensi. Signum + Uulfardo. signum + Hadtritto. signum + Gislamaro. signum + Hildrado comite. signum + Baldulfo. signum + Chrodone. signum + Hainrico. signum + Anselmo comite palatii. signum + Folrado. signum + Hartgero. signum + Hariharo comite. signum + Ricgario. signum + Teudulfo. signum + Hildrado. signum + Erleberto. signum + Gundaccro. Anno nono et quarto regnante domno Carolo gloriosissimo rege Francorum ac Longobardorum ac Patricio Romanorum. Actum publice Haristalio. Ego Adarulfus rogitus et ordinatus a domno Fulrado scripsi et subscripsi.

Dem Textabdruck liegt ein Vergleich mit dem Original in den Archives Nationales Paris zugrunde.

 Bei Grandidier: L'église de Strasbourg, Bd. 2, pièces

³²Laut Grandidier Leberau.

³³Herbrechtingen.

³⁴Hoppetenzell.

³⁵Der Neckar. Daran lag in Esslingen die Zelle des Hl. Vitalis (s. Urkunde Nr. 141, WUB, Bd. I, S. 166-167 von 866 Juli 28).

³⁶Unermittelt.

³⁷Unermittelt.

IV

justif., Nr. 71, S. 122-126, zugleich Auskunft über die früheren, meist ungenauen Abdrücke dieser Urkunde, sowie über die in den nachstehenden Anmerkungen nicht erklärten Ortsnamen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Archives nationales Paris

Signatur/Titel des Originals:

K.Z. Nr. 1 (S. Denys)

Überlieferung und Textkritik:

für Ortserklärungen: Grandidier: Histoire d'Alsace, S. 39, tit. 76

Editionen:

Grandidier: L'église de Strasbourg, Bd. 2, pièces justif., Nr. 71, S. 122-126. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 67 (Auszug).

Regesten:

UB Esslingen, Bd. 1, S.1, Nr. 1

Literatur:

Tangl: Testament Fulrads von St. Denis, S. 167–217.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Herstal

Ortsindex:

Adamsweiler, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Alemannien
 Auersmacher, Kleinblittersdorf, SB
 Baldenheim Wüstung (23182)
 Baldenheim, Kehl, OG, W
 Berstheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Blesinse
 Bodatius vicus
 Breisgau
 Cadolaco
 Chaumontois
 Cocalingas
 Elsaß
 Enzheim (Entzheim), Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Faginuluincas
 Fessenheim, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Filicione curtis
 Fridolzheim (Friedolsheim), Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Gebersweiler (Gueberschwih), Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Gemar, Dep. Haut-Rhin, Frankreich

Großblittersdorf (Grosbliederstroff), Dep. Moselle, Frankreich
 Grusenheim, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Hagnaldouillare
 Herbrechtin-
gen Wohnplatz (4101)
 Herbrechtingen, HDH
 Herstal, Lüt-
tich, Wallonien, Belgien
 Hindisheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Hoppetenzell Wohnplatz (14649)
 Hoppetenzell, Stockach, KN
 Kleinblittersdorf, SB
 Leberau (Lièpvre), Dep. Haut-Rhin, Frank-
reich
 Mauchinhaim
 Ortenau
 Rappoltsweiler, Dep. Haut-
Rhin, Frankreich
 Rosalinse
 Saargemünd (Sarreguemines),
Dep. Moselle, Frankreich
 Saint-Denis, Dep. Seine-Saint-Denis, Frank-
reich
 Salennes, Dep. Moselle, Frankreich
 Sankt Pilt (Saint-
Hippolyte), Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Scarponinse
 Schaeff-
fersheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Seillegau
 Sesenheim
(Sessenheim), Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Sierenz (Sierentz), Dep.
Haut-Rhin, Frankreich
 Tornugouillare
 Uictorhigas
 Wal-
tersweier Wohnplatz (11503)
 Waltersweier, Offenburg, OG